Actus Sallustiani IIdi

Prologus.

Ni benevolentia favorq; v̄r, Venerandi Auditores, Spectatus nobis foret, nequicquā res hac, quam molimur, opportuna caderet: Spes magna applausus v̄ri in animo frustra esset: neq; per unū atq; alterū horulam incerta pro certis captaremus. Sed quia multis et magnis indiciis vos cognovimus benevolos amicosq; nostris conatibus, eò animus n̄r audet hodie Actum Sallustianū Oratoriū IIdm incipere; simul quia nobiscum sentitis, et eundem hunc, ac prior ille erat Actus, ē re Scholastica fore judicatis. Nam idem approbare atq; idem repetere, id demum verae benevolentiae est indicium: Sed nos quid mente cogitaverimus tenus hac, audite: Cognoscite, quid hodie auribus et judiciis vestris simus expositum. Accendebatur tunc nobis animus, quum tam florentem Coronam optimorū virorum coram spectare liceret. Magis autem magisq; accenditur hodie, quum consideramus, quam celebris fama Scholae nostrae sit futura, si frequentissa vestra praesentia à contemptu talismodi exercitia vindicare pergetis. Verum enimverò per Deum immortalem! Quid est, quod ad frequentem hanc praesentiā vos non invitaret!

Nam postea quam superiori à nobis anno in theatro Scenico exhibitus fuit Actus Oratorius Sallustianus Imus, isq; ē C. Crispi Sallustii de Conjuratione Catilinaria historia, exhibebitur hodie, Opt. Mx̄o Deo auspice, ex ejusdem Historia Sallustii de Jugurthino bello Actus Oratorius IIdus. Exhibebitur autem ille itidem vario sub schemate, extra Drama tamen, in poemate hoc Scholico, ita quidem, ut vim incipiatis oēs eloquentiae Sallustianae mirari. Vim puto, quam in Concionibus Eximiis Sallustius suo jam aevo copiosisse